

Capitulum. Isaiæ. 49.

AUDÍTE ínsulæ, et atténdite pópuli de longe : ☨ Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

Responsorium. Inter natos. quod est 12. in Vigiliis, infra pag. 181.

Hymnus. Ut queant laxis.

℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomen erat Joánnes.

Ad Magn. Aña. viij. T.

Oratio

DEUS, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : * da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum ; ☨ et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.